

Universitätsbibliothek Paderborn

**Gloria immaculatè conceptæ Deiparæ Virginis Mariæ
Centvm Ecclesiae Testimoniis, totidemq[ue]
anagrammatibus ex salutatione angelica deductis ornata
& stabilita.**

Colonia, 1662

Decas X.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53177](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-53177)

X. Enim est alme pura; ignita a domino aurea.

Concilium Cæsaraugstanum celebratum an. 1378
 in quo facta est constitutio synodalis de celebrando fe-
 sto immaculata conceptionis. Sancta, inquit, synodo
 approbante statuimus, præcipimus, & ordinamus,
 volumus & mandamus, quod de cetero festum con-
 ceptionis ipsius virginis, quod est 8. die mensis de-
 cembri, tam à clericis, quam populis per civitatem
 & totam Cæsaraugstanam diœcesim singulis annis
 perpetuis temporibus celebretur &c. causam præ-
 mitens, ob sanctam & immaculatam ex clara stirpe
 Reginam MARIAM Virginem gloriosam,

Hujus deinde solennitas dñi per diversas Euro-
 pæ Ecclesiæ late propagata, ostendit communem
 Ecclesiæ sensu esse, quod B. V. immaculatè ac sancte
 concepta sit, quid enim aliud in ejus conceptione,
 nisi hujus sanctitatem venerarentur. Et sanè Sexturna
 Pontificem de immaculata non solum virgine sed &
 conceptione ejusdem egisse, verba demonstrant,
 quam cum deinde bullam Alexander VI. Leo X.
 Pius V. Paulus V. & Gregorius XV. cum Tridentino
 concilio ratam confirmatamque esse voluerint, pa-
 ret carum sententia immaculatam conceptionem
 defendi.

DECAS X.

I. O Regine summe nitide & pura & macula.

Pontificum Romanorum immaculata Virginis con-
 ceptioni faventia magna serice prodice hoc loco
 posse

posset, nobis in denatio placet numero subsistere, ita quidem, ut ab Alexandro vi diamur, et finiamus in eodem, quod singularis hujus nominis Pontificum favor erga magna Matris Virginique honorem id merens videntur.

Alexander II. Pontifex in Concilio Mantuano, quod Anno 1061. celebratum est, probatum ab illo fuit Missale Gothicum, sive Mozarabe: in quo continetur Missa Conceptionis B' M. V. Quanquam illius officium festumque jam Anno 902. a Joanne X. Pontifice approbatum reperiatur, ut Euseb. Nier. habet de objecto Concept. c. 5.

II. I Virgo alme amata, pura, mundâ, nîlesce.

Alexander III. patr'a Senensis popularis modernis Pontificis Alexandri VII à D. Bernardo laudatus in Epist. ad Soldanum Iconii, sic loquitur. Magna Mater, & Virgo Maria B'ma. hinc migravit sine corruptione, juxta verbum Angeli, immo Deiper Angelum, ut plura, non semiplera gratia esse probaretur. Et a deo caro Christi virginica, quæ de carne Marcis Virginis assumpta fuerat, à tota discriparet.

III. I Virgo pure, alme, ac mundâ assūmata.

Bonifacius IX. Pontifex, ut immaculata Conceptionis honorem extolleret Römæ templum iñ capo Floræ huic mysterio celebrando venerandoque consecravit.

IV. Eia pura, mundâ, sc̄ magna electa ann̄is.

Innocentius Papa VII. Joannem de Montefiore Parisiensem, quod è cathedra adversus Immaculatam Conceptionem differuerit, Romanu accersitum

70

Gloria Virginis

castigatumque ac facti pœnitentem jussit palinodiam canere, ut Gagninus hist. Franc. in Carolo 6.

V. Sane digna, meritove pura, immaculata.

Alexander V. Pont. Max. immaculatam Virginis Conceptionem approbavit in 3. sent. dist. 3. & existens in Pontificatu hanc opinionem dicitur determinasse in civitate Persarum, an. 1411. atque statuisse ut ab omnibus teneri deberet. Ita tradit Ber. de Buffonist. de Concep. ser. 9.

VI. Eta Regine, summo amanti dilecta pura.

Martianus V. Pontif. sub anno 1419. Rectorem Tolosanæ Academiæ Römam accessitum, quod Conceptioni immaculatae contradixisset, qui cum ad propugnandam opinionem publicè se obtulisset, iam hora dicta comparsatus, domini mortuus reperitus est, interioribus ventris destitutus. Quare motus Pontifex suum ad Concilium Basileense legatum pro immaculatae Conceptionis definitione aeturum galiss.

VII. Magna deus Dipara, morsu malo vacans.

Eugenius IV. Pontif. eundem legatum Julianum Caesarinum in consilio Basileensi pro immaculatae Conceptionis definitione jussit agere ideoque me-
ritò ei sententiae est accessendus.

VIII. Nixa margarita celi sum, apie munda.

Nicolaus V. breve Apostolicum de hac sententia festoque Conceptionis edidisse memoratur, cuius exemplar inter statuta ordinis Carmelitani extet.

IX. Cæli merum gaudium, nata pura amantis.

Calixtus III. Pont. legatos binos Avenionem de-
stina-

immaculatè concepta.

23

stinav. t. qui ejus nomine Concilio illuc celebrato sub
anno 1417. interfueré. Ubi decretum singulare in
gratiam immaculatæ Conceptionis editum est. quo
illa quæ in Concilio Basileensi de hoc mysterio con-
stituta erant. confirmantur.

X. Age parrona mundi. jure immaculata es.

Devenimus ad statem Sixti IV. Rom. Pontif. qui
in Extravagante cum præexcelsa. immaculata Con-
ceptionis opinionem. festum. officiumque stabilivit.
damnatis omnibus hac impugnantibus. Quam extra-
vagantem Alexander VI. Papa ad universam exten-
dit Ecclesiam aliquique plures Pontifices confirmarunt. de
quibus vide Nicremb. in Except. Conf. Trid. c. 25.

Nos quia plerique in bulla moderni Pontificis
Alex. VII. indicantur. hanc ad ver-
bum subjecimus.

B. 4

SAN-